



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Hermanni Conringii De Antiquitatibus Academicis Dissertationes

Conring, Hermann

Helmeftadii, 1674

Supplementum IIX. Ad pag. X.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12929

receptui dato, castra ad Cynosarges (templum Herculis, gymnasium, & lucus erat circumjectus) posuit. Sed Cynosarges & Lyceum, & quicquid sancti amentiq; circa Urbem erat incensum est: dirutaq; non tecta solum sed etiam sepulchra: nec divini humane juris quicquam pra' impotenti ira est servatum. Verba Plutarchi de sylvis Academiae & Lycei destructis jam adduximus Supplemento I.

SUPPLEMENTVM IIX.

Ad pag. x.

Dubitavimus pag. 10 de Massilia, utrum ibi sumptu aliquo publico nutriti fuerint literarum doctores. Quae tamen l. 10 de urbe isthac differit Strabo, exuerunt jam post attentam lectionem illam dubitationem. Cum enim Strabo laudasset Massiliam, quod fuerit Gallis vicinis παιδαγωγίῳ, quodq; nobilissimi etiam Romanorum studio discendi praetulerint Massiliensem peregrinationem Atheniensi, adjicit: Gallos in pace jam viventes Massiliensium exemplo otium illi vitae instituto impendere non singulatim duntaxat sed etiam publice: σοφιστὰς γὰρ ἑποδέχονται τὰς πόλεις ἰδίαι τὰς δὲ αἰ πόλεις κοινῆ μαθήματα καὶ ἰατροὺς. Si urbes autem Galliae Massiliensium imitatione Sophistas hoc est eloquentiae Professores sumptu publico conduxerunt, indubie factum idem fuit ab ipsa Massiliensium civitate.

SUPPLEMENTVM IX.

Ad pag. xi.

Ptolemæi Reges tantum non omnes optimè sunt de eruditionis propagatione meriti. Eorum septimus tamen, Evergetes secundus dictus, maleficio potius profuit quam benignitate. De illo Athenæus l. 4. cap. ult. in Diapnosophisticis ita refert. *Renovatae sunt omnes disciplinae sub septimo Aegypti rege, quem alii, praecipue Alexandrini, καλεγοῦν γέντω*